Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Deutsches Psalterium nebst deutscher Erklärung des Nicolaus von Lyra - Cod. Donaueschingen 187

Nicolaus <de Lyra>

[S.l.], [1455]

Lateinische Gedichte zum Lobe der Jungfrau Maria, nebst Gebet zu ihr

urn:nbn:de:bsz:31-40695

Visual Library

illo tueamur brachio· quo honorabiles amici tui gloriantur in celo Qui
viuis et regnas cum deo patre· Ps Eripe me dne ab omni malo· Oratio
Virtus ſalutis nr̄e deus· defende eccliam tuam a diffidencium veneno
mortifero· vt a te obumbrati nunquam obligemur a laqueo iniquitatis P.
Pone dne custodiā Ps Domine clamaui ad te exaudi me Oratio·
ori nr̄o· ne in mala proferam9· ut mia tua correpti· ab oib9 iniquitatu
ſcandalis protegamur· Per dnm Psal Voce mea ad dnm clamaui Collecta
Deprecantes voce humili maieſtatem tuā expoſtimus· vt vitam etnā
da te ſpes nr̄a porcionem cum electis tuis in terra viuencīu ſortiamur P.
Deus qui matu· Ps Domine exaudi oracionem meā auribꝫ percipe· Collecta
tinam ſacre reſurrectionis tue auditam feciſti iocūditatem· cū ex inferno
rediens repleſti terram gaudijs· quā vel ingras in obſcuris rogamus po
tencie tue ineffabilem maieſtatem vt ſicut tuc caternam aplicā gaudere
feciſti manaſtaſy· ita hanc eccliam tuam expanſis manibus flagrantem·
ſplendore celeſtis iubaris illuminare digneris· Qui viuis et regnas ic
Doce nos domine Sabbto ad v̄ſ Benedictus dns ds m̄s q̄ doc ma9 meas ad
ſpualibus armis noxialibus culpis reſiſtere· ne vanitati ſub Collecta
iecti mundane· a tui iuris dnacione pellamur Per dnm nr̄m ihm xpm
Regnator om̄ ſctoꝝ Psal9 Exaltabo te deus meus rex· Collecta
Rdne· qui ſpualem omni aīe oportune miniſtras cibū in tpe· concede nobis
te ppetualiter benedicere· et potencia tuā cū electis tuis ppetualit exaltare P.
Glorioſe oipotens de9 Ps· Lauda aīa mea dnm laudabo· Oratio
in que bt ozz aīe totam ſpei confidenciam ponunt· concede nobis ut adiu
torio tuo illuīati· valeam9 te iugiter mente pura diligē Per dnm nr̄m
Edificator celeſtis deus Psal9 Laudate dnm qm bonus pſalm9· Collecta
qui multitudinem ſtellaꝝ concludis numero· et noiatim ſingulas notas
·ſana qs contritos corde· diſperſos congrega· atqꝫ nos in mirabili ſapientia
tua locupleta Per dnm Ps· Lauda ihrlm dnm· lauda deū Oratio
Conforta dne portas ecclie tue et pone terminis eius pacem· eiqꝫ adipem
ſpiritualis tritici dignanter attribue Per Ps Laudate dn̄ de celis Oratio
Armonie noſtre ſuauiſſimū melos· qui noſtri pectoris modulamina
nūc fletibus nūc gemitibus papis exerceri· pr̄a vt dū illa ſpuali
affectu concinnim9· ppetualibus choris inſerti te cum ſanctis omnibus
collaudemus Per dnm nr̄m ihm xpm Amen

Has videas laudes qui ſacra virgine gaudes
Et venerando piam ſtudeas laudare mariam
Virginis intacte cum veneris ante figuram
Pretereundo caue ne ſileatur aue
Inuenies veniam ſic ſalutando mariam

Salue Regina fulsita

Salue virgo virginum stella matutina
Sordidorum criminum vera medicina
Consolatrix hominum qui sunt in ruina
A fece peccaminum nece draconina

Regina

Regina regnancium virgo puellaris
Peperisti filium mater singularis
Sacratum palacium dei conuocaris
Diuinum auxilium nobis largiaris

Misericordie

Fons misericordie dici meruisti
Ffitiz mater gracie quando concepisti
Summum regem glorie quem post peperisti
Largitorem venie mundo contulisti

Vita

Vita via veritas est virgo de te nata
Et semper virginitas restat illibata
Nam sua humilitas fuit operata
Quod in te diuinitas esset incarnata

Dulcedo

Dulcedo dulcedinis fructus benedictus
Ventris tui virginis agnus dei dictus
Cuius nuda sanguinis homo derelictus
Totus labe criminis est et demon victus

Et spes nostra

Et spes nostra solida es virgo maria
Virgo yesse florida ut in ysaya
Roze celi madida dicit prophecia
Pulchra ut nix candida dei mater pia

Salue

Salue lux fidelium fulgens ut aurora
Que es supra lilium pulchra et decora
Omne quod est noxium tolle sine mora
Et dei auxilium pronobis implora

Adte

Adte clamant miſeri multum deſolati
Nobis aures aperi pectoris ſaciati
Ut a fauce inferi per te liberati
Conſequamur liberi viam tui nati

Clamamus

Clamamus deuotius adte ſuſpirantes
Et affectuoſius te pie precantes
Dele quod interius male cogitantes
Geſſimus exterius opere peccantes

Exules

Exules exilio omnes ſumus dati
Proparentis vicio gloria priuati
Paradiſi gaudio et exorbitati
Tuo beneficio ſumus reparati

Filij

Filij ſuſpiria prodere coguntur
Mundi promiſeria per quam inuoluuntur
Ad dampnata vicia ſepe dilabuntur
Sed miſericordia tua fulciuntur

Eue

Eue lapſus intulit dampnum deſperatum
Et a nobis abſtulit gaudium beatum
Quod poſt euam contulit verbum incarnatum
Quando mortem ſuſtulit deleuit peccatum

Adte

Adte clamant iugiter tui famulantes
Et in te fideliter homines ſperantes
Iuuamen humiliter tuum implorantes
Quos miſericorditer audias clamantes

Suſpiramus

Suſpiramus fletibus noſtris pro peccatis
Et multis gemitibus per nos perpetratis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Sed

Sed in te confidimus mater pietatis
Vere penitentibus veniam da gratis

Gementes

Gementes recolimus mala retroacta
Que inique gessimus mente non coacta
Sed in te confidimus maria intacta
Vt a te que petimus sint in nobis facta

Et flentes

Et flentes doloribus mente verecunda
Lumen nostris cordibus infunde verecunda
Viciorum sordibus nos benigne munda
Iunge nos celestibus maria iocunda

In hac ualle

In hac ualle misera multum tenebrosa
Hominum sunt genera plurimum setosa
Nam eorum corpora sunt contagiosa
Propter facta scelera et obprobriosa

Lacrimarum

Lacrimarum riuuli non prosint uel aque
Quin senes et paruuli et plebs vnaquaque
Timeant quod emuli querant circumquaque
Et fraus huius seculi trahat vsquequaque

Eya ergo

Eya ergo dirige ad te nostras mentes
Vitque lapsos erige conforta trementes
Et errantes corrige te pie conquerentes
Miseros nos dirige in te confidentes

Aduocata

Aduocata libera coram saluatore
Postulare propera tu consueto more
Pro progenie misera benigno fauore
Natum tuum mitiga materno amore

Nostra

Nostra spes fidelium semper fuit talis
Est et erit omnium mater virginalis
Ut nobis non noceat demon infernalis
Protegat et nutriat ac foveat sibalis

Illos tuos oculos misericordes ad nos converte

Illos pios oculos et misericordes
Converte ad famulos in bono discordes
Et ad malum sedulos forcius concordes
Nostre carnis stimulos deleas et sordes

Et ihesum benedictum fructum

Ihesum unigenitum fructum benedictum
Monstra nobis inditum pium et non fictum
Per quem genus perditum a demone victum
Datum in interitum revixit invictum

Ventris tui

Ventris tui viscera ihesum portaverunt
Et beata ubera ipsum lactaverunt
Cui iu[dei] vulnera dyra intulerunt
Et eum post verbera cruci tradiderunt

Nobis post hoc exilium ostende

Nobis post hoc exilium benignum ostende
Ihesum tuum filium et nobis impende
Verum patrocinium et manum extende
Cum nos ad iudicium ducimur defende

O clemens

O clemens clemencia summe bonitatis
Adonay filia flos virginitatis
Virginum leticia scala caritatis
Dei plena gracia fons humilitatis

O pia

O pia pijssima Regina celorum
Camera dignissima dei seculorum

Virgo prudentiſſima gemma confeſſorum
Atqz iocundiſſima laus apoſtolorum

O dulcis

O Dulcis dulciſſima ſuper fauum melle
Columba caſtiſſima carens omni felle
Mater benigniſſima iuxta noſtrum velle
Tu cuncta fediſſima a nobis repelle

Maria

Maria eximia natum depreare
Vt quicumqz omnia hec vult recitare
In tui memoria et te collaudare
Dignetur in gloria ſua collocare. Amen

Verſiculus Ora pro nobis ſancta dei genitrix. Vt digni efficiamur promiſſione criſti Collecta

Deus qui de beate marie virginis vtero uerbum tuum angelo annunciante carnem ſuſcipere voluiſti Preſta ſupplicibus tuis Vt qui vere eam dei genitricem credimus eius apud te intercesſionibus adiuuemur Per eundem criſtum dominum noſtrum. Amen

Oracio ad btam virginem mariam pro fine bono vt ſequitur etc

O Domina dulciſſima viſceribus miſericordie plena Succurre michi miſero peccatori anteqz mors ſubitanea et improuiſa ſuperueniat et ne ſubito et inpatus de hoc mūdo tranſeam Ora pro me Maria virgo benedicta ob vnigeniti filij tui dn̄i nr̄i ihū xp̄i mortē amariſſimā ut peccati deteſtacione. Vt dyaboli et operū eius abrenūciacione vera contricione pura et humili confeſſione digna acceptacione dei et proximi dilecione penitēcia et ſatiſfaccione. Tecū piiſſima mē mater Ihū xp̄o filio tuo reconciliatus de hoc mūdo tranſeam Et fac mecum miſericordiam tuam. O beata v̄go Maria mr̄ dei vnica filij tui in illa tremenda hora quando pre mortua lingwa mea ſe nequit mouere ad inuocandū te neqz oculi mei

luam capere poterūt aures qꝫ mei nulla uoce pateſiant Me
mor eſto tunc O maria quas nunc ſundo preces ad aures
tue pietatis Et ſubuem in illa hora ultima neceſſitatis mee
ut liberer a miniſtris dyaboli ꝛ collocer cum xpi filij tui fi
delibus ſeruis et amicis Amen

Scriptum per me Johannem Klingener ut ſupͣ